¶ Hiſtoria

¶ Dauid de adulterio] Legit̃ in libro regū. ij. ꝙ nathan ꝓpheta cū redargueret dauid de adulterio ⁊ homicidio deſcendit de ſolio ⁊ grauiter eſt ꝯtritus: et dixit nathan tranſtulit dn̄s peccatū tuū. verūtamen filiꝰ qui natꝰ eſt moriet̃ Percuſſit ergo dn̄s paruulū vſqꝫ ad vite deſperatiōem: ⁊ pro paruulo ieiunauit dauid ⁊ noluit ꝯſolari. Accidit aūt die. vij. vt moreret̃ infans ⁊ vidēs dauid ſeruos vlulantes intellexit ꝙ mortuus eſſet: qui lota facie ⁊ mutata veſte intrauit ad dn̄m ⁊ adorauit ⁊ exhilaratꝰ rediit

De his vero Quidaꝫ poſt acceptā ſolemnē pn̄iam ad militiā redeunt ſecularem. alij vero viuunt incontinenter vt ꝑ filios male genitos aꝑparet de quibꝰ ita ſtatuit̃ vt q̃ꝫuis non poſſint iterꝝ ſolemniter penitere: tn̄ eccias intrent ⁊ admittunt̃ ad ſacramentū ſed non ad ꝯmunionē niſi in fine vite. Qđ aūt de viris dicit̃ eſt de mulieribꝰ ſimiliter intelligendū [improfeſſam] id eſt in male profeſſam

§ Sed quia ¶ Iſte. §. reſpicit ſupiorem §. vel. c. proximū ſequens. Dicit̃ ergo hic ꝙ quidam timebāt ne ſi ſolemniter peniterēt diſſolueretur ꝯiugiū: vel ne ampliꝰ poſſent ꝯtrahere cum eſſent adoleſcentes: ⁊ ſic non penitebant. ⁊ ideo ſtatutuꝫ fuit vt poſſint ī matrimonio ꝯtracto ⁊ cū alijs de nouo cōtrahere. ⁊ ad hoc inducit ſequens. c.

Audiuimus Quidam ſtulti erāt in falſa opinione vt ſi pn̄iam agerent oporteret eos vxores habitas relinquere. Precipit ergo leo vt pn̄iam agant ⁊ vxores relinquere non teneantur.

In adoleſcentia Dicit̃ hic ꝙ ſi quis adoleſcens pro aliquo periculo īminente ſolemnem egerit pn̄iam: ⁊ poſtea propter lapſum carnis vxorē duxerit nec ipm ꝯdemnamꝰ: nec regulaꝫ ſic faciendi in alijs ꝯſtituimus

Latorem preſentiū

Iſte mr̃em interfecerat: nunc papa in hoc ca. imponit ei pn̄iam. vel oſtendit quā penitentiā epſ ſuus debeat ei imponere ¶ Sequētia duo. c. plana ſunt: que dicūt ꝙ poſt pn̄iam de fornicatiōe p̄t aliqs ꝯtrahere vel vti mr̃imonio iam ꝯtracto. ¶ Sequēs. §. pꝫ ad quē inducit ſequens. c.

Quos deus Dicit̃ hic ꝙ hō ſine rōne ſeparare non p̄t quos deus ꝯiūxit: vbi vero lex occidit non ſeparat hō ſed lex. ¶ Sequēs. §. planus eſt

Antiqui Dicit̃ hic ꝙ ſi qs ꝯiugatus ſolemniter egerit penitētiā ſi ꝯtinere non p̄t ad ꝯiugiū priſtinū reuertat̃ donec erit in etate in q̄ poterit melius ꝯtinere. Idem dicendū eſt de penitente vxore qđ quidem ex indulgentia eſt ſtatutū: ⁊ ſi penitens ſupuixerit non ꝯtrahere: alius vero ſic

¶ Queſtio III. Diſtinctio .I.

His breuiter. Poſt incidentes qōnes ꝓponit hic magr̃ tertiaꝫ qōnem in q̄ querit̃ an ſola cordis cōtritione abſqꝫ opis ſatiſfactione ⁊ oris confeſſione dimittat̃ peccatū. Et hanc qōnem inſolito more ꝑtractat: occaſione cuiꝰ tractatū de pn̄ia prolixum interſerit: quē in vij. diſtinctōes diuidendo diſpoſuit. Allegat aūt grã. in hac qōne vel diſt. prima alternatim pro vtraqꝫ parte: ⁊ tandem ipam inſolutam dimittit vt arbitrio prouidi lectoris terminet̃. In hac igit̃ diſt. tractatur an ſola cordis ꝯtritione dimittant̃ peccata. Et p̄t dici ꝙ ſic dei grã interueniēte: neceſſaria tn̄ eſt poſtea oris ꝯfeſſio ⁊ opis ſatiſfactio ſi fieri poſſit: alioqn peccat mortaliter ex ꝯtēptu q̄ hꝫ non facit In ſcđa q̄rit̃ an caritas ſemel habita poſſit amitti vel nō In tertia tractat̃ vtꝝ pn̄ia ſit iteranda In q̄rta an pctā dimiſſa redeāt. In. v. q̄ ſint ꝯſiderāda circa pn̄iam īponendā In. vi. tractat̃ cui facienda ſit confeſſio. In. vij. an pn̄ia timore mortis accepta ſit vtilis Primo ergo ꝓbat ꝙ ſola ꝯtritōe pctā dimittant̃. et ad hoc inducit ſequentia. c.